



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio decimaoctaua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

10 Quod autem aquæ diluvii que ascenderunt super omnes altos montes, non ascenderunt ad paradisum terrestrem. Dicunt quod hoc est fuit, quia aquæ naturaliter sunt circa ima, & quod mons in quo paradisus terrestris est, excedit communem planicem terræ plusquam triginta cubitis, secundum quam altitudinem aquæ diluvii ascenderunt super terram, ideo ad paradisum aquæ diluvii non ascenderunt. Quod autem ascenderunt super altos montes altitudine maiores sunt miraculum ut dicit ad hoc ut purgarentur, quæ in eis per habitationem hominum commissa sunt. In paradiſo autem nihil erat purgandum.

11 Itud autem non oportet dicere, quia nunquam est re currentum ad miraculum, ubi potest veritas saluari cum naturali cursu rerum. Non videtur autem secundum cursum naturæ, quin super mediū interstitium aeris sit locus conuenienter habitabilis, ita ne non sit ibi, neq; excessus caloris, neq; frigoris: quia secundum certum naturalem contraria manentia in suo excessu non situantur immediate. Quam igitur medium interstitium aeris sit locus frigiditatis non est probabile, quia immediata post ipsum sit locus cum excessu caloris, sed potius est ibi dare temperatum calorem antequa perueniat ad regionem excessu calidam. Quod autem dicitur de Solino, respondendum est de eo, & de certis Historiographis, sicut de certis Poëtis illud quod scriptum est. Nam miranda casunt, sed non credenda Poëta.

12 A ratione principale factam in argendo per responso ex dictis, quia licet sub æquinoctiali quantum est ex natura climatis sit excessus caloris, tamen propter conditionem situs est ibi temperanetum modo quo dictum est.

Sententia huius distinctionis, xviii, in generali & speciali.

In eodem quoque paradiſo, &c. Superiorius determinauit Magister de productione viri. Hic determinat de productione mulieris. Et diuiditur in duas. Primum determinat productionem eius, quantum ad corpus. Secundum quantum ad animam ibi, quemadmodum mulieris corpus. Prima diuiditur in duas. Primum inquirit utrum fuerit mulier formata de costa. Secundum inquirit modum formationis eius. Secunda ibi, Solet etiam queri, utrum de costa. Prima in duas. Primum docet quid scriptura de formatione mulieris tradat. Secundum concludit congruitatem formationis, ibi, attendendum est. Secunda pars in qua inquirit formationis modum diuiditur in tres secundum tres questiones quas mouet & solvit, quarum prima est circa principium materiae. Secunda vera & tercia circa principium actionis. Secunda ibi, illud autem scribi oportet. Tertia hic queratur, an ratio qua Deus plus. Haec est tentatio & diuisio lectionis in generali.

13 In speciali sic procedit Magister. Et proponit primum mulierem de costa viri dormientes esse formata vel fuisse, ut scriptura Gene. refert. Postea dicit mulierem de viro formari congrui fuisse, ut maior esset amor inter homines, & homo ostenderetur omnibus aliorum hominum esse principium. De latere autem formata fuit, quia non ad dominium, vel ad seruitutem, sed ad societatem eius producebat. De dormiente viro fuit producita, ad diuinam virtutis ostensionem, & foundationis ecclesiarum mysticam significationem. Postea quærit utrum de sola costa, sine alterius materia additione formata fuit mulier. Et respondet quod non fuit alia materia, quia sic magis deberet dici mulier de illa materia esse formata, quam de costa, quæ multiplicata fuit virtute diuina ad totius mulieris formationem, sicut factum fuit de quinq; panibus. Paulus post dicit quod angelus mulierem non formauerunt, sicut ad formationem eius ministerii præbuerint. Postea quærit utrum in creatura fuerit ratio seminalis ad mulieris formationem. Et respondet premitto primum quodam scilicet quod rationes primordiales ab æterno in Deo fuerunt, seminales vero creaturis inditæ, sicut non omniù rerū sed quarundam additæ etiam quod illæ rationes possunt dici primordiales aliquo modo. Tum quia rebus in prima creatione inditæ sunt; Tum quia sunt quasi principia rerum ex ipsis producendarum. Subdit quod illa natura liter fuit, quæ ex ratione seminali fuit, seu producatur,

Illa vero sunt supernaturaliter, quorum causæ tantum sunt in Deo. In rebus vero creatis est potentia, ut haec possint fieri, non tamen necessitas ut sint: ex his concludit quod formatio mulieris non fuit secundum causas semifinales, sed supernaturaliter ex diuina virtute. Ultimò ostendit quod quidam posuerunt animam mulieris de anima viri esse propagata. Alii vero ab initio cum ceteris animalibus dicunt fuisse creatam. Sed secundum catholicam fidem, creando infunditur, & infundendo creatur. Vnde beatus Hieronymus excommunicat eos qui dicunt animam esse ex traduce, vbi ponit autoritates, per quas multi errores circa productionem animæ excluduntur. Et in hoc terminatur sententia, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Eua producta fuerit de costa viri, vel producitur sine additione materiæ.

Thos. 1. q. 52. art. 3. ad primum. Et. q. 159. art. 1.

Hinc quodlibet 7. q. 9.

Circa distinctionem decimam ostendatur queritur primum de productione mulieris quoad corpus, vtrum producitur de costa viri, vel produci potuerit sine additione materiæ. Et videtur quod non, quia impossibile est totum æquari parti. Omne enim totum maius est sua parte. Sed costa Adæ æquabatur secundum materiam alij parti corporis mulieris, ergo non æquabatur totæ materiæ corporis mulieris, sicut ergo necessaria in corpore mulieris aliqua materia, præter materiam costam.

Item Deus non potest facere corpus mixtum sine materia, ergo per ratione non potuit facere tantum corpus sine tanta materia, nec maius sine maiori. Et ex parua materia costa non potuit formari totum corpus, quod fuit multo maius costa, sine additione alterius materiae.

IN CONTRARIUM arguitur, quia indivisiibile addirum indivisiibili non efficit aliquid maius (vt patet, Physic.) sed materia secundum se est indivisiibilis, ergo additio materiae ad materiam non facit aliquid maius. Si ergo ante additionem materiae ad costam Adæ non potuit ex ipsa formari corpus Euae, per eandem rationem neque poterit cum per additionem materiæ solius, nihil efficiatur marus.

RESPONSO. Circa questionem istam sunt tres opiniones: vna quorundam dicentium quod non solum diuina virtus, verum etiam virtus naturæ potest fieri de parvo magnum abesse rarefactione & additione materiæ. Quod declarare ex tribus suppositionibus. Prima est quod in omnibus rebus naturalibus est dare minimum secundum naturam, ut minimam carnem, & sic de aliis. Et haec suppositio clara scripta est. 1. Physic. Secunda est quod elementa generantur ex se inuenient alternatum superiora ex inferioribus, & inferiora ex superioribus. Tertia est, quod superiora generantur ex inferioribus secundum multiplicationem analogiam, ita quod ex uno puerilo terro fiant decem aquæ, & ex uno aquæ decem aeris. Et sic ultra. Et haec duo suppositiones clarae habentur ex secundo de generatione. Quibus suppositionis arguitur sic. Vnum minimum aeris potest conuertiri in aquam per secundam suppositionem, ergo conuertitur in minimum aquæ. Sed ex minimo aquæ possunt fieri decem minima aeris per tertiam suppositionem, ergo de primo ad ultimum, ex uno minimo aquæ possunt fieri decem minima aeris. Hoc autem est ab alijs additione materiæ, & ab alijs rarefactione, quia eque rarum est minimum aeris, quod primò conuertitur in minimum aquæ, sicut decem minima aeris, in quæ minimum aquæ conuertiri est, & econtrario.

Sed haec ratio non valeret, quia quanvis in naturalibus sit dare minimum, puta minimam carnem (vt dicit prima suppositio.) Hoc tamen intelligendum est de minimo separato, & per se existente. Sic enim est dare minimum in naturalibus, ita quod in minori non saluaretur species, immo propter debilitatem virtutis statim resoluere in corpus continens, sicut vult Aristoteles in lib. de sensu & sensato, quod modicus vapor insitus maiori statim resoluere in continuo, minimum autem coniunctum tori non est dare, sed quoconque parvo dato semper est accipere minus. Quum enim forma carnis extendatur extentione continua, sicut in continuo non est dare minimum, sic nec

Magistri Durandi de

in carne, sed qualibet data quum sit continua & diuisibilis est dare minorem, forsan verum est quod si separatur, statim corrumpetur.

* Quam igitur dicitur quod minimū aëris cōuertitur in minimum aqua, aut in minus minimo. Dicendū quod conuertitur in aquam, & in minus secundū decuplū minimo separabili. Illud rāmen minus est coniunctū, & non separatum, in minus enim separatum conuerti non potest, quia nec illud est potest, quia in separatis est dare minimum. Sed bene potest conuerti in coniunctū minus minimo separato, quia in coniunctis non est dare minimum. Et si studiū coniunctū minus minimo separato conuerteretur iterum in aërem, conuerteretur in decem partes aëris coniunctas, que non efficerent nisi unum minimum aëris separatum, & non decem minima separata, vt isti putant, & ita nō fieret aëris magnus ex paruo, sed equalis ex aequali.

Th. in scripto. 7 Alia est opinio quorundā dicentium, quod nec opere nature, nec virtute diuina potest fieri magnum de paruo, nec potuit fieri corpus Euze de coita Adas sine rarefactione, vel additione materiae: quod probant sic, Corpus Euze non potuit formari ex tam parua materia, nisi per aliquā eius multiplicationem. Hæc autem multiplicatio potest intelligi, vel secundum quantitatem solum, sed secundum essentiam materiae. Si secundum quantitatem solum, sic necessarium est quod fieret per rarefactionem, quia ratio diffinitiuā rarefactionis est, quod eadem materia accipiat maiores dimensiones, vt patet. 4. Phys. Sed si multiplicatio attendatur solum secundum quantitatem, hoc est, per hoc quod eadem materia prius sub paruis dimensionibus existens accipiat maiores dimensiones: ergo nō potest ibi non esse rarefaction. Quum Deus non possit separare distinctionem à diffinitio. Si vero multiplicatio attendatur secundum essentiam materiae, oportebit dicere, quod aliquid materiae factum fuit sub forma corporis mulieris, quod quandoq; non erat sub forma coitæ. Illa ergo materia, vel est de novo creata, vel prius erat sub forma alterius corporis. Et quicquid horum detur, semper habetur quod ad materiam coitæ facta est additio alterius materiae, vel præexistentis, vel de novo creata: ideo &c.

8 Hæc autem ratio non cogit: dato enim quod multiplicatio solam quantitatem attingat, non oportet propter hoc dicere, quod ibi sit rarefaction. Et cù dicatur quod ratio diffinitiuā rarefactionis est, eandem materiam accipere maiores dimensiones, falsum est, illa enim que sunt diuersa per essentiam non se habent ut diffinitio & diffinitum. Sed paruum fieri magnum suppedita eadem materia, & densum fieri rarum, sunt diuersa per essentiam, ergo &c. Maior patet, minor probatur, quia illa actiones sunt distincte realiter, que sunt ad terminos distinctos realiter (rationes enim motuum & actionum sumuntur ex terminis ut dicitur, Phys.) Sed actio qua ex paruo fit magnum est ad perfectam quantitatem tanquam ad terminum. Actio vero qua ex denso fit rarum est ad qualitatem ut habetur 4. Phys. ergo &c. Et ideo econtraferi est arguendum sic, illa qua sunt diuersa per essentiam possunt diuina virtute separari, nisi alterum sit pura potentia que ab omni actu separari non potest, sed extensio eiusdem materiae per maiorem quantitatem, & rarefactione sunt diuersa actiones realiter, ergo &c. Item si rarefaction est eadem materiam accipere maiores dimensiones, non potest esse rarefaction ubi nulla est materia, quod falsum est, nam Deus possit accidentia remanentia in sacramento altaris mutare secundum rarum & densum.

9 Ideo sunt alii tenentes medianam viam quod Deus potest facere magnum de paruo sine rarefactione, & sine additione materiae, non autem hoc potest natura. Primum patet dupliciter. Primum quia Deus potest facere quicquid est in potentia materiae non solum naturali (scilicet advenientiali). Sed qualibet materia quantum est de se est aequaliter in potentia ad magnum & paruum, rarum & densum, ergo &c. Maior patet. Minor probatur, quia materia secundum se non est quanta aut qualis, sed in potentia ad quantitatem vel qualitatem secundum quamlibet differentiam. Et si studiū est aequaliter in omni materia. unde si materia montis & parui lapidis per intellectum separarentur ab omni forma substantiali & quantitate, nulla differen-

Sancto Porciano

ria est inter eas quantum ad susceptionem magnitudinis & paruitatis, raritatis & densitatis. Item constat quod Deus potest facere quantum sine raro & denso, sicut sine aliis qualitatibus, & etiam sine materia. Sed illud quantum non est dubium quin posset mutari de magno in paruum & ex quo de paruo in magnum, hoc autem fieret sine rarefactione & condensatione, & etiam sine additione, vel subtractione materie, ergo &c.

10 Secundum patet, quia quicquid natura facit in generabilibus & corruptibilibus facit mediante calido & frigido (vt patet ex 4. Meteo. gignunt enim calidum & frigidum vincentia materiam ut ibidem dicitur.) Sed calidum non extendit paruum in magnum nisi rarefaciendo. Nec frigidum constringit magnum in paruum nisi condensando, ideo &c.

11 A dīgumenta in oppositum dicendum. Ad primum dicitur quod materia secundum se nō est altera materia, aequalis vel inaequalis. Cum aequalitas vel inaequalitas sint relations fundata secundum quantitatem, sed diversae quantitates possunt esse successivae in eadem materia ratione quarum potest aequali pluribus, & etiam parti & roti.

12 Ad secundum dicendum quod magnū non est nisi ex magna materia, nec paruum nisi ex parua, & vniuersaliter tantum ex tanta. Sed hoc non est in materia secundum se sed ratione quantitatis, & ideo tanta est materia sub quanta quantitate existit.

Q U E S T I O N E C V N D A.

Vtrum in materia sint aliqua ratios feminales.

Tho. i. q. II. ar. 2.

Secundū queritur, Vtrum in materia sint aliqua ratios feminales. Et videtur quod non, quia quicquid est extra animam est res & non ratio, sed quicquid est in materia est extra animam, ergo est res, & non ratio, non sunt ergo in materia ratios feminales.

2. Item femen importat aliquid actualium, ut dicitur. Phys. Sed in materia non est aliquid actualium cum ipsa secundum se sit pura potentia, cuius est pati & non agere, ergo &c.

3. IN CONTRARIUM est August. & habetur in litera.

4. R E S P O N S I O. Circa questionem istam duo sunt videnda. Primum verum in materia sit aliquid quod conuertatur in naturam formam, quia hoc posuerunt aliqui esse ratios feminales. Secundū dato quod nō, quia sunt secundum veritatem ratios feminales.

5. C I R C A primum sic procedetur, quia omisa opinione qua ponit in materia latitatem formarum eo quod negat veram generationem & ponit solum eductiōnem formam de occulto ad manifestum. Omisa etiam illa opinione qua dicit omnes formas esse ab extrinseco per creationem, eo quod tollit a rebus proprias actiones, & negat sensum. (Hæc autem a doctoribus sufficienter reprehēbatur.) Primum ponemus quādam opinionem magis nouam, quia ponit purum possibile conuerti sua corruptione in naturam formam. Secundū videbitur quid veritatis sit in illa opinione.

6. Quantum ad primum secundum quod quidā dicunt quod in generatione rerum naturalium est considerare quatuor per ordinem. Primum ipsum nihil quod est negatio omnis entitatis. Secundū purum possibile quod de proximo se habet ad nihil. Tertiū materia. Quartū & ultimum formam substantiali. Generatur ergo aliquid naturaliter per hoc quod purum possibile, quod est in materia, transmutatur in naturam formam, non quidem sua perfectione, tanquam aliquid existens sub forma & perfecti per formam, quia illud est materia que manet sub forma rei factae, sed transmutatur in formam sua corruptione, nec tamen adhuc latet, quia manet quodam modo in forma scilicet in virtute. Istud autem purum possibile multiplicatur in materia secundum multiplicationem formarum, in quas est transmutabile, & est minoris aequalitatis, quam materia, quia materia manet in re facta, purum autē possibile non manet, ut dictum est.

7 Mo-

c.d.34.q.1.
mem.28.

Lib. II. Distinctio. XVIII.

⁷ Motuum autem huius opinonis fuit duplex. Vnum, quia timebant quod nisi poneretur aliquid quod conuertere tur in naturam formam, quod oportet dicere quod forma fieret ex nihilo, & sic crearetur, & non esset per generatio ne, propter quod posuerunt in materia aliiquid tale, quod transmutaretur in unquamquam formam possibilem in materia, & illud dixerunt purum possibile. Aliud fuit ex dicto commentatoris super duodecimum meta. de numero potentiarum in materia, dicit enim quod numerus potentiarum est secundum numerum specierum generabilium & corruptibilium. Ex istud hoc potest intelligi de materia secundum se quam sit vna, sed ut dicunt de illo puro possibile quod multiplicatur in ipsa.

⁸ In ita opinioni sunt tria inconvenientia. Primum, quia quod ponit est fictitium. Secundum quia sibi contrarias dicunt. Tertium est, quia incidit in illud quod vitare intendunt. Primus apparet auctoribus & rationibus. Primo auctor Philopoli. Physic. vbi inquirit de principiis omnium rerum transmutabilium, qui nunquam posuit ali quod purum possibile, nisi materia, & tamen posuisset si esset, quum illud purum possibile magis sit necessarium ad generationem quam priuatio, de qua ramen Philopo. facit mentionem. Ad idem est auctor August. lib. confessionum, que dicit quod materia est proprie nihil, ita ut si fas esset potius deberet dici non ens, quam ens, vel ali quid. Ex quo patet quod materiam ponit purum possibile, & esse in infinito gradu entitatis, ita quod sub ipsa statim est causus in nihil.

⁹ Item patet per rationem, primo, quia illud quod habet rationem primi subiecti sumitur a potestate passiva, per quam aliiquid est alterius subiecti receptivum. Sed materia secundum essentiam suam est primi subiectum simpliciter, in quo sunt omnia alia, & ipsa non in alio, & ideo ingenita & incorruptibilis, quia non resolutur in aliud subiectum primum (ut dicitur in fine primi Physic.) ergo &c.

¹⁰ Secundo principaliter apparet quod sibi contradicunt in hoc quod ponit purum possibile minoris entitatis, quam sit materia, & nihilominus dicunt quod forma non sit in materia, nisi mediante isto puro possibili, quod conuertitur in ipsam, forma non vnitur, nec potest vniuersa materia per aliiquid quod magis distat ab illa forma, quia distat materia, mediis enim quo vniuersit extrema minus distat a quolibet extremitate, quam extrema adiuicet. Sed purum possibile si sit minoris entitatis, quam materia, ut dicunt plus distat a forma quam a materia, ergo non erit medium quo transmutetur ad formam, vel si sit medium non erit minoris entitatis quam materia. Item illud purum possibile cuius sit in materia, ut in subiecto (neg: enim ponitur per se subiectis) oportet quod sit accidentis, cum non sit forma substantialis, nec materia, nec compositum. Sed omne accidens cum sit aliqua forma est maioris entitatis quam sit materia, &c.

¹¹ Tertio apparet quod incident in illud quod vitare intendunt. Iquod forma fiat ex nihilo, & creetur, quia illud purum possibile si debetur transmutari in formam corporaliter (ut dicunt) ergo prius saltem ordine nature est purum nihil quam forma fiat, & sic forma non fiet ex aliquo, sed ex nihilo, vel post illud nihil, & sic creabitur. Ita illud quod productur per aliquam actionem naturale, non supponitur in omni actione naturali. Nullam enim ages supponit ex necessitate illud quod productur. Sed purum possibile producitur in actione naturali, dicunt enim quod quum forma corruptitur, quod corruptitur in purum possibile, sicut ex puro possibile generatur, &c.

¹² Dicendum est ergo quod ante generationem nihil praexistit in materia, quod conuertatur in naturam formam, quod patet, quia sicut forma praexistit in potentia passiva materia, sicut etiam versus praexistit in potentia actionis generantis. Sed forma non praexistit in potentia actionis generantis, si quod ipsa forma, vel aliquid eius praexistat ibi, vel aliquid generantis couerterit in ipsam: ergo &c. Et sic patet primum principaliter propositum.

¹³ CIRCA A secundum, scilicet quid sint rationes feminales. Notandum quod quaedam rationes dicuntur primordiales, quaedam obedientiales, quaedam vero feminales. Primordiales sunt rationes rerum, ut in Deo praexistunt, quae res producit per intellectum, sicut artifex omnium habens

Quæstio III.

162

omnem scientiam. Ratio vero obedientialis est potestia, que est in creatura, ut de ea fiat quicquid contradictione non implicat, sicut quod de trunco immediate fiat vitulus. Et haec ratio seu potestia obedientialis est in creatura solum respectu Dei, secundum quam deus facit de qualibet creatura quicquid vult, & sicut vult. Rationes vero feminales sunt virtutes actiue & passiue collatae rebus, secundum quas non quolibet fit ex quolibet, nec quilibet modo, sed determinatus ex determinato, & determinato modo, & per determinata media, sicut non ex quoconque fit equus, sed ex femine equi, nec quilibet modo, sed oportet semper prius esse molle poete durum, ut dicitur. 2. Physic. Et quod generaliter omnes virtutes actiue cum passiuis suis correspondentibus dicantur rationes feminales. (Nam Aug. dicit, 3. de trin. quod omnium que visibiliter ad oculos nostros prodeunt occula quedam femina in elementis mundi latentes tam proprie dicuntur rationes feminales esse in illis, in quibus simile ex simili productur, maxime in viventibus. Talia enim proprietas ex femine generantur. Et ex virtute actiua & passiua, in his ratiis in perfectionibus repertis, translatur est nomen rationis feminalis ad omnes virtutes naturales actiue & passiue.

¹⁴ Quicquid ergo productur praeter haec rationes feminales, si tale sit quod per se subsistat, nec sit alterius pars, propriissime dicitur creari, ut angelus. Si autem huiusmodi fuerit, quod est natum per se subsistere, est tamen alterius pars, minus proprietas dicitur creari, ut est anima intellectiva. (Nam & rationes feminales cooperantur aliquatenus ad esse eius non ab solute & simpliciter, sed ad esse in materia, disponendo materialiter.) At vero si tale sit quod nec est alterius pars, nec est natum per se subsistere, minime proprietas dicitur creari, sicut est de gratia in anima. Forma vero que non est natum per se subsistere, & productur secundum rationes feminales proprietas dicitur esse terminus generationis, & nullo modo dicitur creari, quanvis nihil sit in materia, quod conuertatur in ipsam.

¹⁵ A D primum argu. dicendum quod ratio sumitur non solum pro pertinentiis ad intellectum, sed pro omni eo quod importat causalitatem respectu alterius. Sicut dicitur quod calor in igne est fibi ratio calefaciendi.

¹⁶ Ad secundum dicendum quod sub rationibus feminis comprehenduntur non solum virtutes actiue, sed etiam passiue eis correspondentes, sicut in generatione animalium semen dicitur, non solum quod ministratur ex parte viri, sed etiam ex parte mulieris: principius rationis illud dicitur semen, in quo est virtus actiua. Et sic loquitur Philo. opus.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum anima intellectua producatur cum semine.

Thos. 1. q. 18. ar. 2.

¹⁷ Tertio queritur, utrum anima intellectua producatur cum semine. Et videtur quod sic, quia commentator supra, 3. meta, dicit quod impossibile est est diuersos agentes, quorum unius actio terminetur ad formam: alterius vero ad subiectum formam secundum se, cum subiectum in actione naturali supponatur, sed prout sufficit formam, sed corpus organicum est subiectum animae. Quum ergo per actionem virtutis formativae existint in semine corpora organica, videtur quod eius actio extendatur ad animam.

¹⁸ IN contrarium est Aristoteles. 16. de animalibus, vbi dicit quod intellectus est ab extrinseco. Et in libro de proprietatibus elementorum dicitur quod in natu sit spiritus Dei iustus. Et Ecclesiastes. Reuertatur puluis in terram unde erat, & spiritus redetur ad dominum, qui dedit illum.

¹⁹ R E S P O N S I O. Traduci dicuntur illa que producuntur in esse per decisionem in generante, & ideo traductio importat originem & decisionem. Et ideo lignum divisum a ligno non dicitur proprietas traduci propter factum originis, nec ignis generatus ab igne dicitur proprietas traduci propter defectum decisionis. Sola autem generatione animalium dicitur traductio. Non faciamus autem vim in nomine traductionis, sed inquiramus utrum anima intellectua sit generabilis & corruptibilis. Conuertunt enim secundum naturam.

X 2 4 Et

Magistri Durandi de

4 Et sciendum quod de conclusione secundum modos nos doctores non est disceptatio. Omnes enim dicunt animam humanam ingenitam esse & incorruptibilem. Modus autem probandi conclusione est difficultas. Ad persens tamen probabitur sic, omnia forma que in operando excedit corpus obiectum, in essendo excedit corpus subiectum, agere enim sequitur esse. Et actio formae, recipit obiectum, sicut esse recipit subiectum, sed anima intellectiva in operando excedit omne corpus obiectum, quia licet primò occurrit intellectu nostro corporalium (quia non intelligimus nisi mediante phantasmatibus quae sunt quedam similitudines corporalius tamen in ipsis non sicut intellectus, sed ductu rationis venit in cognitionem incorporalium & immaterialium, ergo anima intellectua excedit in essendo corpus subiectum. Non quidem sic, quod pars sit in corpore, & pars extra. Sed quia præter hoc quod est in corpore, potest esse sine corpore.

5 Quid autem senserit Aristoteles circa materiam istam, dicunt quidam quod intentio Aristoteles fuit, quod anima quantum ad operationem erat separabilis a corpore, & non quantum ad esse: ita quod posset per seipsum manere corrupto corpore. Quod autem de intentione Aristoteles fuit quod sit separabilis secundum operationem, patet per exemplum quod ponit de sphaera aerea, cui conuenit tangere planum in puncto, non in eo quod aera, sed in eo quod sphaera, quia sicut sphaera aerea tangit planum in puncto, & ad hoc nihil facit per se natura aerea, neque aliquid aliud, nisi sola sphericitas: ita ut dicunt, senserit Aristoteles quod sola anima intellectiva, vel intellectus est susceptiva actus intelligendi, ita quod ad recipiendum ralem actionem nihil per se facit materia, nec qualitates corporales, ut calidum, frigidum, & cetera huiusmodi. Et hoc sola dicitur separari ab aliis partibus anima. Et sic exponunt illud quod dicit Aristoteles de anima, quod intellectus separatur ab aliis, sicut perpetuum a corruptibili, dicentes quod per hoc Aristoteles senserit animam intellectivam esse separabilem & incorruptibilem secundum esse, sed solum quod ipsa habet quicdam similitudinem cum substantiis separatis incorruptilibus & hoc insinuat modus suus loquendi, dicit enim quod separatur ab aliis, sicut perpetuum a corruptibili, in hoc scilicet, quod quantum ad operationem intelligenti ipsa separatur ab omni conditione materiali, sicut & incorruptibili.

6 Et quanvis non multum sit curandum quid senserit Aristoteles magis credo quod Aristoteles senserit animam intellectuam esse separabilem secundum esse, & operationem, quam secundum operationem solum prout isti dicunt, quia 12. metaphysica quando reliquit sub dubio, an aliqua forma remaneat post corruptionem compositum, costar quod loquitur de separatione formæ quantum ad esse, & hoc dicit posterius perscrutandum. Illa autem percutatio posterior re vera pertinebat ad librum de anima, ac quam pertinet considerare propriam naturam animæ intellectivæ, & ideo quicquid dicit Aristoteles in lib. de anima, de separatione animæ intellectivæ, vel intellectus possibilis, seu agentiæ a ceteris partibus animæ intendit dicere de tali separabilitate, de qua sub dubio locutus fuerat 12. metaphysica que separabilitas est secundum esse. Item Aristoteles in anima dicit quod si anima intellectiva est aliqua propria operatio, in qua non communicat cum corpore, ipsa est separabilis a corpore, & si non est aliqua talis ipsa non est separabilis: igitur ex separabilitate animæ a corpore, quantum ad operationem intendit concludere aliquam separabilitatem: aut igitur eadem aut aliud. Si eadem, ridiculum est concludere idem per idem, est enim sensus, quod si anima est separabilis secundum operationem, ipsa est separabilis secundum operationem, quod est nugatorium: intendit ergo ex separabilitate operationis intelligenti concludere aliam se separabilitatem animæ, illam scilicet quae est secundum esse. Item 16. de animalibus dicit quod intellectus est ab extra, vel ab extrinseco, scilicet a deo, & non a virtute feminis, & si secundum ipsum intellectus est in generabilis, ergo secundum eundem intellectus est incorruptibilis, quia omne ingenerabile est incorruptibile secundum eum. Si autem intellectus est incorruptibilis, ergo non definiri est corruptio corpore. Et ita videtur quod magis sit intentio Aristotelis, quod intellectus sit separabilis a corpore secundum esse & secundum operationem,

Sancto Porciiano

quam secundum operationem solam.

7 Sed contra hoc videtur esse duo, Primum est, quod Aristoteles reputavit se demonstrasse generationem hominum esse æternam à parte ante, & à parte post. Reputavit etiam demonstrasse quod infinita aetas esse non possum. Sed si intellectus est forma hominis, & remanet corruptio homini, tunc cum infiniti homines secundum ipsam iam finis remanserint, & ita cantradicteret sibi, quod non videtur.

8 Secundum est, quod secundum Aristotelem, Omne est perpetuum à parte post, est perpetuum à parte ante, si ergo intellectus est perpetuus à parte post, sequeretur secundum Aristotelem, quod est perpetuus à parte ante, sed si est perpetuus à parte ante, non est secundum eum de novo forma corporis, quia forma non precedit compositionem, ut dicitur 12. meta. ergo non stant simili quod ipse ponat intellectum esse formam corporis, & ponat ipsum manere corrupto corpore.

9 Et dicendum quod nihil prohibet aliquem non consentire dicta sua ad inuidice dicere repugnantia, sicut sciens omnem mulam esse sterilem potest credere hanc mulam habere pullum in utero, si non deducat vnum ex altero. Et per modum istum nihil prohibet Aristotelem, qui fuit prius homo, dixisse in pluribus locis aliqua sibi iniuncta diffinitione. Constat enim quod in 12. meta. clarè dicit nullam formam praecedere compositionem, & subiungit quod nihil prohibet in quibusdam aliquam formam remanere post compositionem, nec hoc ponit sub dubio, quia ponat sub dubio, utrumq[ue] aeternum sit talis forma. Et tamen primo colit dicit quod omne aeternum à parte post, est eternum à parte ante, quod repugnat primo. Ideo & similiter inveniuntur in pluribus aliis, qui vult bene scrutari. Vnde illa repugnatio dictorum non arguit, quia Aristoteles senserit animam intellectivam esse immortalem.

10 A de argu in oppositum dicendum quod solum anima subiectum est materia prima, ad quam non terminatur actio virtutis formativæ existentis in semine. Sed terminatur ad aliquam formam substantialem, vel accidentalem, quæ tamen non manent adveniente anima intellectiva, quia erant dispositiones quædam materiae, ut transmutaretur ad formam, & non est ut cum eis, sub forma.

Sententia huius distinctionis. xix. in generali & speciali.

Solent autem queri. Superius Magister determinauit de creatione hominis generaliter. Hic determinat creati hominis conditionem specialiter determinando eius primum statum. Et dividitur in duas. Primo determinat statum primi hominis quantum ad immortalitatem. Secundum quantum ad speciei multiplicitudinem. Secunda in principio. 20. dist. ibi. Post hoc evidendum est. Prima est in princ. 1. Et dividitur in duas. Prima proponit quid intendit. Secundum prosequitur ostendendo hominis immortalitatem ibi, Soler hic. Et haec pars dividitur in quatuor. Primum mouet questionem. Secundum solvit. Tertio occasione sumpta ex solutione diversas opiniones tagit. Quartus addit quasdam autoritates quædam dictorum confirmantes. Secunda ibi, ad quod dicit potest. Tertia ibi, propter quod aliqui dicunt. Quarta, de hac vero hominis immortalitate. Haec est divisione & sententia in generali.

1 IN speciali sic procedit, & proponit primum, quod intendit determinare statum primi hominis, ante peccatum qualis fuerit, tam in anima, quam in corpore. Et de quibusdam aliis, quæ non utiliter sciuntur. Postea dicit quod prosequitur de his quæ pertinent ad corpus, & dicit quod primus homo mortaliter erat, & non mortaliter. Poterat enim mori, & non mori. Non inori autem in primo statu, scilicet ante peccatum, quia habuit posse non mori. In secundum vero, scilicet post peccatum, necessario habuit mori. In tertio vero, scilicet beatitudinis, habebit non posse mori. Et subdit quod corpus eius erat animale, id est, alimentis egens, & ante peccatum mortale, id est, (potens non mori) sed post peccatum erat corpus eius mortuum secundum Apostolum: in resurrectione vero habebit

corpus